

## LECTIO QUARTA

### A RÓMAI KIRÁLYOK KORA

Antiqui de geminis Romulo et Remo, filiis dei Martis narrant. Romulum et Remum in ripa Tiberis expositos lupa alit. Avus postea hic terram iuvenibus Romulo et Remo dat, ubi Romulus Romam condit. Primus rex Romae, Romulus et socii in ripa Tiberis habitant. Romani saepe cum finitimis pro agris pugnant. Cum Sabinis pro feminis bellum gerunt. Sed feminae Sabinae finem bello faciunt et regna consociant. Rex secundus Romae, Numa Pompilius, ex oppido Sabino Romam commigrat. Ille Romanos cultum deorum docet. Post Numam Tullus Hostilius, vir bellicosus, post Tullum Ancus Marcius regnat. Post illum Lucius Tarquinius Priscus regnat, qui ludos festivos instituit. Rex setus, Servius Tullius, nova arma et censum instituit, murumque lapideum Romae circumdat. Ultimus rex Romae Tarquinius Superbus est, qui superbia senatui populoque ingratus est. Populus Romanus Tarquinium Superbum Roma expellit, mox pro patria pugnat et illum sociosque vincit. Populus Romanus inde in rebus secundis adversisque senatui et magistratibus paret.